Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



136.

127 Beati omnes qui timet dñm: q ambulat
in viis eius. Labores manuum tuarum qui
manducabis: beatus es et bene tibi erit. Vxor
tua sicut vitis habundans: in lateribus domus
tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circu
itu mense tue. Ecce sic benedicetur homo: qui
timet dñm. Benedicat tibi dñs ex syon: et
videas bona ierlm omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorum tuorum: pace super isrl.
V. Ab occultis. Vsq Canticum graduum.

128 Sepe expugnauerunt me a iuentute
mea: dicat nunc isrl. Sepe expugnaue
runt me a iuentute mea: etenim no potuerunt
mihi. Super dorsum meum fabricauerunt pec
catores: prolongauerunt iniquitatem suam. Dns
iustus concidet cervices peccatorum: confundantur
et conuertantur retrorsum omnes qui odierunt syon.

Feria 4a. Ana 1a.

Beati omnes qui timent Dominum.